



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, 1680**

33. An vir, vel foemina, qui in actu carnali retrahunt se à seminis  
emissione, vel receptione in vase debito causa generationem impediendi,  
incurrant in hanc censuram? Et an ex casu abortus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

hic est quos ego citavi in p. 4. tract. 2. resol. 8. Sed ibi merito negatviam sententiam probabilem etiam esse putavi. Vnde non deferam hic apponere verba Stephani Baunij in Theol. Moral. tom. 2. tract. 1. 1. quest. 3. 3. ubi sic ait. Hic Quæstioni est hæc agnata, Clericus qui sciens mulierem à se prægnantem reddidit, meditari conceptu ab ea sobolis abortionem, irregularitatem suscipiat, si hanc pro virili non impediatur.

2. Qui affirmantem sequuntur, nituntur his rationibus: prima irregularitatem non effugit, cui cum incumbat ex iustitia, alienæ salutis consulere, eam cum protegendæ esset negligit, sed patris sunt hæc partes, eaque ex iustitia vitam tueri filij. Ergo, &c.

3. Secunda, reus est homicidij, qui causam præbet. Fecit id Clericus, nam imprægnando mulierem, in has eam angustias redegit, ut aut foetum ab illa extinguat, aut famæ suæ iacturam pati esset necesse, in irregularitatem ergo incidit Clericus pueri pater, si ejus ejectio nem non impediatur; sic sentiunt Portel. in dub. reg. ver. Abortus num. 14. Layman lib. 3. sect. 3. tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 7. Avila part. 7. disput. 6. sect. 2. dubitat. 7. concl. 2.

4. In negantium partes qui sunt transgressi Turrian. de Conf. lib. 9. disp. 63. dub. 3. Hurtad. de irregularit. disp. 2. diff. 9. num. 34. principij nituntur oppositis, nempe nec patri necessitatem ullam esse lege iustitiæ impostam, tuendi filij, sed pietatis paternique officij, quæ est opinio Lessij, lib. 2. cap. 9. dub. 13. num. 94. nec qui ex iustitia patrociniū ac defensionem debent alteri, si vim ei fieri non impediatur, aut vitam adimij, irregulares esse.

5. Vtraque sententia probabilis, prior tamen præ posteriori, quod assensum habeat Patrum, ac probationem, in can. inferenda, qui est Ambrosij 3. q. 3. bis verbis: lib. 1. de officiis, c. 36. Qui non repellit à locio injuriam cum potest, tam est in vitio, quam ille qui facit, & in can. qui sequitur, qui est Anastasij & Damiani: nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare, & in can. extremo ead. q. & causa, qui est D. Aug. in Psal. 81. Qui desinit obviare cum potest consentit. Hucusque Baunius. Recognosce me ipsum loco citato, à quo multa desumpta Baunius; & novissimè nostram sententiam tanquam probabilem me citato admittit Eminentiſſ. Lugo de iust. tom. 1. disp. 10. sect. 11. num. 222. quia Amatus in tali casu non concurret nec cooperatur ullo modo positivo, sed solum merè negativè non defendendo quem defendere tenebatur; irregularitas autem solum incurritur propter cooperationem positivam: ergo, &c. Vnde non est audiendus Portel in dub. Reg. ver. Abor. num. 14. asserens Patrem foetus animati incurtere irregularitatem, cui mater dixit se velle procurare abortum si solum taceat.

## RESOL. XXXI.

An qui propinat remedia sterilitatis mulieri, ut impotens fiat ad generandum, incurrat in censuram, Bulla Sixti V?

Sed difficultas est in terminis Bullæ Sixti V. ante correctionem Gregorianam, an incidebant in censuram, qui porrigebant remedia sterilitatis alicui viro?

Et quomodo hodie damnetur hic casus? Ex p. 7. tract. 5. Resol. 12.

§. 1. Respondeo negativè, quia in hoc Gregorius XIV. corripuit Bullam Sixti V. & ideo Machadus de perfect. Confess. tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 17. num. 1. sic ait: [De] pue Gregorio XIV. por otrra especial constitucion moderò la de Sixto V. particular-

mente en dos casos. Lo primero, en quanto à lo que por Sixto V. se avia dispuesto, de que incurriesen en las penas referidas, aunque la criatura no estuviese animada, & quando se diese solamente bebida, & otro remedio para no concebir, & hazerle steril la muger; cuyas penas dexa à la disposicion de los sagrados Canones, y Concilio Tridentino. Et paulo post num. 4. Conforme à lo qual, el que en estos tiempos diese algun remedio para esterilidad & para no concebir: ni quedaria descomulgado, ni irregular. ] Ita ille cui etiam adde Portel. in dubijs reg. ver. Abortus, num. 4.

2. Sed hic oritur difficultas, an in terminis Bullæ Sixti V. ante correctionem Gregorianam incidebat in censuram, si quis porrigebat remedium sterilitatis alicui viro? & affirmativam sententiam tenet Petrus Gregor. in syntag. jur. p. 3. lib. 36. cap. 15. num. 10. sed prius negativam sententiam tenebat, quia Sixtus V. in Bulla expressè dicat prægnantes mulieres; sed pœnæ non sunt extendendæ extra casum, ergo. Et ideo nostram sententiam tenet Villalobos in Summ. tom. 1. tract. 12. diff. 14. num. 2. & Scottia in Bull. Pontif. Epist. 146. Theore. 177. Sayrus de Conf. lib. 3. cap. 35. num. 27. Damatur tamen hic casus in cap. si aliquis, extra de homicid. vol. ubi ex Concilio Vvornatiensi dicitur teneri, ut homicidam, qui homini, & mulieri aliquid fecerit, vel dederit ad potandum, ut non possit generare, aut concipere, aut nasci soboles.

## RESOL. XXXII.

An femina, quæ post coitum mingit, vel digitis semen ejicit, dicatur procurare abortum, ita ut incidat in penas?

Et an talis femina non peccet mortaliter ex se, sed solum ex conscientia erronea, quatenus putat hoc conducere ad non concipiendum?

Et an peccet mulier vi oppressa, si post coitum statim semen ejiciat? Ex part. 7. tract. 5. Resol. 31.

§. 1. Respondeo negativè cum Bordonio in Consilijs Regul. ref. 45. q. 1. num. 1. ubi sic ait. Floron. dixit abortum procurari, quando post copulam, impeditur ne foetus concipiatur, procurando, ut femina sterilis efficiatur; sed ego puto ejectionem semen statim post copulam mingendo, vel digitis ejiciendo non dici abortum, sed tunc solum cum est conceptum semen, hoc est, inceptum fieri foetus in loco suo naturali per organisationem licet imperfectam, simplex enim ejectio seminis quatenus adhuc tale est formaliter abortus non est. Ita Bordonius. Dicendum est etiam talem feminam non peccare mortaliter de se, sed solum ex conscientia erronea, quatenus putat hoc conducere ad non concipiendum, ut ex multis docet Marchell. tract. de cas. reser. disput. 2. cap. 3. diff. 4. num. 24. Licet contrarium videatur docere Marchapt. in resol. Pap. 1. cap. 6. quest. 21. ubi tamq̃ admittit non peccare mulierem vi oppressam si post coitum statim semen ejiciat, quia hoc est defendere se contra invasionem injustam, quæ invasio censetur adhuc moraliter perdurare in femine illius qui oppressa. Neque hic casus erit his temporibus extraordinarius, cum passim milites mulieres opprimant.

Sup. hoc in tom. 2. rr. 6. lege doct. Rel. 2. 12. &c.

Sup. hoc in tom. 2. rr. 6. Rel. 41. & in alio ver. ejus primæ not.

## RESOL. XXXIII.

An vir vel femina qui in actu carnali retrahunt se à seminis emissionem, vel receptionem in vase debito causa generationis impediendæ, incurram in hanc censuram?

Et

Et an et casu abortus Episcopali excusetur, qui ne liberos suscipiat, vel alia de causa, puta ex odio mulieris potione in praesentem quo minus concipiat? Ex p. 7. tractat. 5. Ref. 13.

**A**ffirmative respondet Petr. Gregor. in syn. jur. p. 3. lib. 36. cap. 15. num. 20. sed oppositum dicendum est cum Scortia in Bull. Pont. theor. 377. ubi sic ait: Sed nunquid comprehendantur his poenis viri aut mulieres in copula tetrahentes se ab emissionem, & receptione seminis in vase debito, vitandae generationis causa? Affirmat idem, qui supra Petr. Greg. loc. cit. quoddam impedimentum praestent, quominus foetus concipiantur. Oppositum docet Sayrus in thes. leg. 3. cap. 35. num. 27. Bonacina de contr. d. 2. quest. ult. sect. 1. part. 7. num. 6. quoddam Mens Pontificis sit agere de abortu foetus, sive animati, sive inanimati; ubi autem seminis receptio non est, non fit foetus, & consequenter nec abortus. Adde, si id admittatur, necessarium esse idem in multis aliis admitti, ut quisque per se videre potest, & denique non sint extendendae poenae. Ita Scortia, cujus sententiam docuit iterum Bonacina tom. 3. de Cens. in practico. disp. 2. quest. 2. punct. 10. num. 14 & novissime illam docet Dicastill. de iust. lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 13. num. 183. & Portel. in dubiis Regul. ver. Abortus num. 4.

2. Hic notandum est ex casu abortus Episcopali excipi illum, qui ne liberos suscipiat, vel alia de causa, puta ex odio mulieris potione praebet quominus concipiat. Et ratio est, quia iste non dicitur proprie abortum procurare, sed tantum impedire conceptionem, sive agere, ut semen non sit prolificum, quae duo distincta sunt, ut patet. Vnde in Tabella Aetna, ut habet Belloc. n. 94. ut etiam casus iste comprehendatur, reservatio fuit lata in hac verba, abortus, aut sterilitatis, in quavis foemina procuratio. Etiam excusatur eum, qui in actu matrimonij, vel copulae se abstinere vel retrahit a seminis emissionem, ut conceptio vel generatio impediatur. Et ratio est eadem, quia hoc non est procurare abortum. Verum tamen mortaliter hunc peccatum, quia dicitur privare naturam effectui suo cum privet semen vita, ad quam directe tendebat. Quare de Onano filio Iudae dicitur Gen. cap. 38. quoddam cum iussus esset ingredi ad uxorem fratris sui Her, jam defuncti, & illi sociari, ut fratris sui semen suscitaret, percussus est à Domino; eo quoddam tem detestabilem faceret, fundendo semen in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et haec omnia docet Mazuch. tractat. de cas. reser. disputat. 2. cap. 3. quest. 3. num. 43. & 44.

#### RESOL. XXXIV.

Virum maritus habens copulam cum uxore, si ex magna corporis agitatione sequatur abortus, incidat in censuras?

Et an maritus, vel pater, si uxorem, aut filiam verberasset, unde illa furore percita abortum fuisset passa, incurrat in poenas abortus?

Et an liberetur à poenis impositis contra procurantes abortum ille, qui in praesentia mulieris, cum qua rem habuisset, diceret, nollem te esse gravidam, quia inde aliquod grave malum tibi, & mihi suspicor eventurum, unde ipsa abortum procuraret? Ex part. 7. tractat. 5. Ref. 30.

Quamvis non plene sup. hoc ne delectas tamen sup. in re, & procurare licet enim inter illos licita sit libido,

**R**espondent aliqui affirmative, quia in probabili periculo abortus, quoties cautionem non adhibeant ad illum vitandum dicuntur illum intendere sup. in re, & procurare licet enim inter illos licita sit libido,

non tamen licita est procuratio abortus. Secus vero si debeat diligenter, & iustam cautelam adhibere, quia tunc sicuti excusatur à peccato mortali ita & à reservatione.

2. Verum mihi placet distinctio quam adhibet Floronus de cas. reser. p. 1. casu 5. num. 9. v. v. v. Si enim vir, & uxor nimia utantur libidine ea intentione ut abortus sequatur, tunc incidunt in casum. Secus vero si abortum non intenderent, sed tantum explere libidinem: tunc enim licet ex illa corporis agitatione abortus fuisset secutus, & illum aliquo modo praeviderent, adhuc tamen illos excusant ab hac reservatione. Et ratio est quia licet i peccasset mortaliter, & essent in culpa: non tamen diceretur procurasse abortum, quia non studiosè, nec ex industria ille fuisset quaesitus.

3. Hinc licet aliqui asserant incurere in poenas abortus, qui uxorem suam graviter verberasset, unde to in hoc illa furore percita abortum fuisset passa; Tamen magis placet illum in reservationem incidisse, quoties uxorē suam verberasset ea intentione ut abortus sequeretur; verbum enim ipsum, procurare, significat studiose, & ex industria quaerere: quoties maritus, vel pater, uxorem, aut filiam verberando praevideret periculum abortus, peccasset quidem mortaliter: si tamen illum non intenderet dicendus esset immunis ab hac reservatione: non enim in casum hunc incidunt quotquot sunt causa abortus, sed tantum, qui illum procurant.

4. Non tamen liberarem à poenis impositis contra procurantes abortum, illum, qui in praesentia mulieris cum qua rem habuisset diceret, nollem te esse gravidam, quia inde grave aliquod malum tibi, & mihi suspicor eventurum: unde ipsa, & malo iura obviam, & amatori gratificatura abortum procuraret. Intellige tamen hoc verum esse, quoties desiderium hoc exprimendo adverteret futurum, ut perditia foemina abortum procuraret: in hoc enim casu diceretur per alium procurare abortum.

#### RESOL. XXXV.

An mater, que procuravit abortum incidat in excommunicationem Sixti V?

Et an procurantes abortum per se, vel alios, aut cooperantes ope, consilio, vel alia ratione, contrahant excommunicationem Sixti V. cuiuscumque gradus conditionis, vel ordinis existant, tam laici quam Clerici; seculares, aut Regulares cuiuscumque ordinis, imo etiam mulieres seculares, & professae?

Et an excusetur ab excommunicatione mulier, que per metum cadentem in constantem virum cogitur sumere potionem, ex qua abortus sequatur? Ex part. 7. tractat. 5. Ref. 7.

**N**egativam sententiam docet noster P. Naldus in summ. ver. Abortus, num. 1. ubi si ait: Abortum proprium procurans mulier praegrans, quamvis prima facie videatur incurere excommunicationem latam per Sixtum V. contra procurantes abortum, aliud tamen dicendum venit, si recte dependantur verba ejusdem Pontificis qui in prima parte suae Constitutionis incip. Effrenatam, & infra, varias poenas temporales infligit contra huiusmodi scelus perpetrantes; in secunda vero, ibi, super us immo-nissimi, inflert poenam excommunicationis, & in hac parte nulla prorsus mentio fit mulieris praegnantis, proprium procurantis abortum, in hoc forte compatiendo ejus sexus fragilitati; cum tamen in praedicta prima ejus parte semel ac iterum in ordine ad poenas